



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 26. Quæstiones a Rege, ac Regina Polo per legatum propositæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Sæcul. XVI. literas dedit, in quibus summa quidem
A C. 1554 reverentia, ac debita submissione usus,
 Apostolica tamen libertate totam rei
 seriem exponebat. Ad hæc literas
 paulo post Philippus Rex respondens,
 epistolam Simoni Renardo, qui Cæsa-
 rei Legati munus apud regem, ac Re-
 ginam obibat, ad Polum deferendam
 committebat, simulque ei hæc signifi-
 cabat: „Comitem de Horn non ita pri-
 „dem ad Cæsarem Patrem meum
 „ablegavi, eo fine, ut pariter hic Le-
 „gatus Eminentiam vestram inviseret,
 „ac nomine meo officiose salutaret; sa-
 „tis enim perspecta est mihi tua pietas,
 „scientia, ac virtus, quorum merito-
 „rum suffragio semper magnum tibi no-
 „men apud me conciliasti; his igitur
 „omnibus, quæ meo, ac Reginae meæ
 „conjugis nomine Comes tibi exponet,
 „fidem adhibere velis, & de nostra
 „benevolentia, omnique obsequiorum
 „genere, quantum in nobis est, te se-
 „curum esse volumus.,

§. XXVI.

*Quæstiones a Rege, ac Regina Polo
 per Legatum propositæ.*

Ceterum summa rerum, quas Lega-
 tus clam Polo oretenus exponere,
 ac explorare jubebatur, tres comple-
 tebatur articulos, quorum primus erat:

„An

„An Cardinalis contentus esset, si per
 „eos dies absque insignibus, tituloque
 „Apostolici Legati Angliam ingredere-
 „tur; cum alioquin ipse acceptus esset
 „regno, offerretque illi tanquam Car-
 „dinali Rex honorificum in omni gene-
 „re occursum, reservata tamen eidem
 „facultate assumendi postea nomen, mu-
 „nusque legati tempore opportuniore.
 „Secundo ab ea petebatur, an ille ani-
 „mo proposuisset, per seipsum suum
 „Legati munus exercere, vel potius
 „utrum rem omnem communicare prius
 „cum ipsis Regibus velit? Tertio opus
 „fore dicebatur, ut ampliorem, quam
 „hucusque impetrasset, facultatem a
 „Pontifice obtineret: cum enim pote-
 „stas illi fieret dandi veniam in hære-
 „sin lapsis, & relaxandi legem contra Sa-
 „cerdotes reipsa conjugatos, ita tamen, ut
 „non amplius ad aras operarentur, nec
 „Sacerdotiorum titulos retinerent, alias-
 „que conditiones servarent: insuper cum
 „eidem facultas daretur remittendi ob
 „legitimam causam prohibitionem car-
 „nium diebus abstinentiæ destinatis, &
 „alia etiam indulgendi, nec non transi-
 „gendi, & componendi super Ecclesia-
 „rum bonis ablatis; cum ergo hæc lo-
 „quendi forma suspicionem moveret eo-
 „rum possessoribus, nec illic tribunal
 „assurgeret, quo omnes in jus vocaren-
 „tur,

Sæcul. XVI.
 A.C. 1554.

Sæcul. XVI
A.C. 1554.

tur, hinc putabat Rex, quod publicæ quietis gratia, ac pro regni tranquillitate magis expediat, ut a Pontifice potestas Legato tribueretur nullis limitibus circumscripta, qua omnibus reis veniam indulgere posset: si vero jam Legatus censeret, eam facultatem sibi absque dubio concessum iri, liceret ipsi profectio illam prævertere; sin autem obtineri dubitaret, satius esset eam operiri.

§. XXVII.

Poli Cardinalis responsum ad hosce articulos.

*Pallav. l. c.
n. 6. & 7.]*

Ad hosce articulos mox Cardinalis respondit, & quidem ad primum dixit: *Tametsi diuturna mora postulasset saltem, ut mea existimatio resarciretur amplissima quavis honoris significatione in primo meo accessu: nihilominus ut me pie Pontificis voluntati conformem, optantis, ut hujus regni salutem, quam facillima posset ratione, consuleretur, satis mihi erit ingressus aliquanto minus splendidus, quam deberetur; tres quippe personas gero, scilicet I. privatam mei ipsius II. Pontificii Oratoris III. maxime spectabilem Apostolici Legati Personam sustineo, proinde haud recusabo ingredi secunda persona contentus, omissa tertia. Ad alterum reposuit: semper in animo habui, nihil agere Rege, ac Regina incon-*